Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



S. matth.

Omnis tpe. Exeuntes pharisei consilium fiebant adversus ihsum. quo eum perderent. Ihsus autem sciens recessit inde. secuti sunt eum multi et curavit eos omnes. et precepit eis ne manifestum eum facerent. ut adimpleretur quod dictum est per isaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi. dilectus meus in quo bene complacuit anime mea. ponam spiritum meum super eum. et iudicium gentibus nunciabit. Non contendet neque clamabit. neque audiet aliquis in platheis vocem eius. Harundinem quassatam non confringet. et linum fumigans non extinguet donec eiciat ad victoriam iudicium. et in nomine eius gentes sperabunt. Sia vij. Ad thessalonicenses. Quam gratias actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio. quo gaudemus propter vos ante deum vestrum. die ac nocte habundantius orantes. ut videamus faciem vestram. et complea[mus] ea que deficiunt fidei vestre. Ipse autem deus et pater noster et dominus ihsus xpus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet et habundare faciat. caritate invicem et in omnes. quemadmodum et nos in vobis. ad confirmandum corda vestra sine querela in sanctitate ante deum et patrem nostrum in adventu domini nostri ihsu xpi cum omnibus sanctis suis amen.

Omnis tpe. Dixit ihsus Secundum lucam. parabolas et castella docens et transiens in itinere. Ait autem illi quidam. Domine. si pauci sunt qui salvantur: Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam. quia multi dicunt vobis quaerunt intrare et non poterunt. Cum autem introierit pater familias et clauserit ostium. et incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes. Domine domine aperi nobis. et respondens dicet vobis. nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere. manducavimus coram te et bibimus. et in platheis nostris docuisti. et dicet vobis nescio vos unde sitis. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. ibi erit fletus et stridor dentium. Cum videritis abraham et ysaac et iacob. et omnes prophetas in regno dei. Vos autem expelli foras et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro et accumbent in regno dei. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi. et sunt primi qui erunt novissimi.

Introitus. Respice domine. Domine exaudi. et respice in faciem xpi tui. quia melior est dies una in atriis tuis super milia. ℣. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Gloria. Coll.